

.xlii. ITEM ALIA . IN EODEM DIE .

GLoriari nos oportet

semper fratres karissimi et gaudere . quia dominus ác redemptor noster post  
redemptionem humani generis et diaboli triumphum . Hodie  
cum magna uictoria ad c̄elos ascendisse legimus . et ad pa  
tris dexteram in magna l̄etitia . cum substantia carnis  
qua nos redimere dignatus est sedisse . Credimus etiam  
inde illum uenire in gloria maiestatis suę cum angelis  
et archangelis . iudicare omnes homines . iustos et peccatores .  
et tunc reddet unicuique secundum opera sua . Illud quoque scire et  
intelligere debemus . quod ante passionem domini omnes sanctorum animę  
/96r/ in inferno sub debito preuaricationis adam tenebantur . do  
nec auctoritate domini per indebitam eius mortem . de seruili con  
ditione et diaboli captiuitate liberarentur . Post ascensio  
nem uero domini ad c̄elos omnes sanctorum animę cum christo<sup>1</sup> sunt . et ex  
euntes de corpore ad christum uadunt . expectantes resur  
rectionem sui corporis . ut ad integrum beatitudinem et perse  
tuam felicitatem . cum ipso pariter immutentur . Sicut et pec  
catorum animę in inferno sub timore positę expectant re  
surrectionem sui corporis ut cum ipso pariter ad p̄enam conuer  
tantur aeternam . Cauemus igitur fideles christi . ne sine ex  
cussatione pro nostris neglegentiis ante tribunal domini trepidi  
ueniamus . quando c̄eperit exquirere . quid ei reportemus  
pro omnibus quę pro nobis passus est . Consideremus ergo quod petrus  
apostolus dicit . Karissimi . Christus passus est . pro nobis . uobis relinquens ex  
emplum . ut sequamini uestigia eius . Qui peccatum non fecit  
nec inuentus est dolus more eius . Qui cum malediceretur .  
non maledicebat . Cum pateretur . non comminabatur . Sed

---

<sup>1</sup> no suspension mark and preceded by curve like lower portion of a c or t – otiose or evidence of erasure?

tradebat se mitissime . iudicanti se iniuste . Considera<sup>2</sup>  
te ergo quod sequitur . ut sequamini uestigia eius . Exem  
plum enim tribulationum reliquit nobis . non diliciarum .  
contumeliarum non pomparum . Flagellorum . dolorum . oppro  
biorum . et spinarum crucis . uulnerumque mortis . Pensemus  
ergo karissimi . quanta propter peccata nostra sustinere debemus .  
si dei filius qui sine peccato est . tanta pro nobis cruciamenta  
pertulit . Non reddamus ergo ei mala pro nobis sed in quantum  
possumus uoluntati ipsius semper obtemperare stude  
amus . Offeramus ei cotidie sancta munera . fidem rectam .  
humilitatem . benignitatem . mentes humiles . et lauda-  
/96v/ -biles mores . supra haec autem . caritatem perfectam . His igitur mune  
ribus cum ipso ascendere hodie studeamus in gloria . quia hęc solem  
nitas ascensionis domini . Hodie per totum mundum manifeste  
célébratur . In qua multa mirabilia facta sunt . Apostoli enim  
aspicientes iesum euntem in cęlum . Longissimam scalam uiderunt .  
inter cęlum et terram . et angelos super eam ascendentibus et descendentes  
in uestibus albis atque dicentes . Uiri galilei quid admiramini?  
hic iesus qui assumptus est a uobis in cęlum . Ita ueniet ut uidistis  
eum . euntem in cęlum . Sed ite ad Hierusalem et ibi manete do  
nec ueniat uobis spiritus paraclitus ab omni potenti deo . qui uos doce  
bit omnia quę uobis promissa sunt a domino iesu christo . Et iterum .  
Uiderunt filium dei ante sublime altare in alta cęlorum stantem .  
et patrem suum laudantem . ac alleluia dulcissime canentem et mul  
tudinem angelorum canenti respondentem amen . Et iterum . Viderunt  
animas peccatorum in poenis . miserabiliter a daemonibus alliga  
tas . Hęc autem omnia ideo illis ostensa sunt ad nos premonendum .  
ut semper desideremus caelestia . et caueamus hęc loca imfer  
nalia ne intremus in illa . In quibus est cotidie dolor sempiternus .  
tristitia sine lętitia . Abundantia lacrimarum sine consolati

---

<sup>2</sup> descender on r and cc a.

one in quibus cotidie cruciantur peccatores . Alii enim pen  
dunt ibi ex pedibus . alii ex manibus . alii ex uesticibus . alias  
ad genua . alias ad umbilicum . aliasque ad labia . alii usque  
ad capillos capitum eorum . Nos igitur cogitemus quę recta  
sunt . quibus placatur deus et eadem faciamus . preparemus corda  
nostra . uacuemur uitiis . Repleamur uirtutibus . cum omni ala  
critate semper desideremus caeleste appetere regnum . ubi  
summus rex ac summi milites semper habitant . Vbi premium  
perpetuum . Vbi manna cęleste . Uita . sine morte . Iuuentus  
/97r/ sine senectute . Lux sine tenebris . Gaudium sine tristitia . Pax sine  
discordia . securitas semper uiuendi sine timore mortis . Ubi pa  
scuntur sancti propter eorum labores quibus placuerunt deo . Vbi est beati  
tudo angelica . et felicitas perpetua . Ubi nec ira nec indignatio .  
neque tenebrę nec ulla mala sunt . sed lux lucida et securitas  
sempiterna . et regnum sine ammutatione . Oportet nos ergo fratres  
karissimi . istum contemnere mundum . ut possimus sequi christum salua  
torem nostrum . Caeamus ne perdamus uitam perpetuam propter uanam  
huius mundi gloriam . sed semper laudemus dominum super cheruphin se  
dentem . cęlum et terram regentem . Quem laudant angeli et ar  
changeli . quem uenerantur prophetę et apostolici . quem semper desiderant  
turbę uirginum uidere . quam ipse est plenitudo et perfectio om  
nium sanctorum . de cuius aspectu semper lętantur in cęlo . Cum quibus  
ad supernam cęlestem patriam . nos perducere dignetur saluator  
mundi . qui cum patre et spiritu sancto uiuit et regnat in secula seculorum . amen .